Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorum psallentes in unum esse cuius imperium nomen est in eternum Ps Jubilate deo omnis terra seruite domino in letitia Collecta

Vota quesumus domine supplicantis populi celesti pietate prosequere: ut et quae agenda sunt uideant et ad implenda quae uiderint qua deceat Ad Romanos

Fres obsecro uos per misericordiam dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium uestrum Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri ut probetis quae sit uoluntas dei bona beneplacens et perfecta Dico enim per gratiam quae data est mihi: omnibus qui sunt inter uos non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei Sicut enim in uno corpore multa membra habemus Omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in christo singuli autem alter alterius membra in christo iesu domino nostro Gr. Beneditus dominus deus israhel qui facit mirabilia magna solus a seculo V. Et suscipiant montes pace populo tuo et colles iusticiam A. alleluia V. Jubilate deo omnis terra seruite domino in letitia Lucam

Cum factus esset iesus annorum duodecim: ascendentibus illis in iherusalem secundum consuetudinem diei festi: et cum transissent dies cum reuerterentur remansit puer iesus in iherusalem: et non cognouerunt parentes eius Existimantes autem illum esse in comitatu: uenerunt iter diei unum: et requirebant eum inter cognatos et notos: